



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

LXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

ni lætus effectus est Imperator & omnes incliti eius, eo quod requiem dedisset De vs Romanis. Mox misit, per diuersa loca, vbi fuerant in exilium deportati, in Gypso & Proconeso, & iussit ante se venire Imperator, dicens eis. Vultis recipere Vigilium, vt fuit Papa vester, an archidiaconum vestrum Pelagium, & manus ~~mea~~ erit vobiscum. Responderunt omnes. Imperet De vs pietati tuae, vt restituat nobis modo Vigilium, & quando voluerit eum De vs transire de hoc saeculo, tunc cum vestra præceptione donetur nobis Pelagius noster archidiaconus. Tunc dimisit omnes cum Vigilio, & venerunt Siciliam in ciuitatem Syracusis, vbi afflatus calculi dolore mortuus est. Cuius corpus translatum est Romam. & sepultus est ad S. Marcellum via Salaria. Et cessauit Episcopatus menses 3. & dies 5.

LXII.

PELAGIVS, natione Romanus, ex patre Ioanne Vicariano, sed dit annis 11 mensibus 10. diebus 18. Quem, dum non essent Episcopi, qui eum ordinarent, eo quod multitudo religiosorum sapientium, & nobilium subduxerat se à communione eius, dicens, quia in morte Vigilii Papæ se immiscuit, vt tantis penitentias affligatur, ordinauerunt duo Episcopi, Ioannes de Perusia, & Bonus de Ferentino, & Andreas presbyter de Hostia. Nam non erat in clero vel monasteriis, qui posset promoueri. Tunc Narses & Pelagius Papa consilio inito sumpta Litania à S. Pancratio cum hymnis & canticis spiritualibus venerunt ad S. Petrum Apostolum. vbi idem Papa tenens Euangelia & crucem Domini super caput suum in ambonem ascendit, & satisfecit populo, quia nullum malum peregrisset contra Vigilium, petiitq; confirmari, vt si quis ille est in sancta Ecclesia ab Ostiario usque ad gradum Episcopi, neque per aurem, neque per alias promissiones proficiat, quia Simoniacum est. Mortuus est autem & sepultus in basilica B. Petri Apostoli. Et cessauit Episcopatus menses 2. dies 25.

LXIII.

IOANNES, ex patre Anastasio illustri, sedit annis 12. mensibus 11. dieb. 26. Eo tempore Heruli in Tharsiam venerunt, leuato super se rege Sindaldo, & premebant cunctam Italiam. Contra quos Narses egressus, regem eorum interfecit, & omnem gentem subiugavit. Deinde simili modo Immingus & Bucellenus duces Francorum premebant Italiam, sed auxiliante Domino, & ipsi à Narsete